

cantores reliquos sui generis *vers.* 6. cuius sapientia planè singularis ac celebrata colligitur ex *i. Reg. IV, 31.* (*al. V, 11.*) ubi Salomo dicitur fuisse sapientior omni homine, atque adeo ipsò *Ethan Ezrachitæ & Hemane.* Quod si itaque dicatur, Hemanem ipsum esse Psalmi autorem, ita ut (*ל*) eodem sumatur sensu, sicut in *לְדוֹר*, confirmabitur abundè authentica viri hujus dignitas ex *l. c. 1. Paral. XXV, 5.* Sententiam hanc amplectitur *Gat. cinni c. 10. p. 117.* cui tamen addi potest Cocceji annotatio, non sine judicio Davidis ac reliquorum prophetarum psalmum hunc inter canonicas scripturas relatum esse. Vel etiam Heman tribuitur, sicut sequens *Psalm. XXXIX.* Ethani, eò quod utriusque vaticinium inibi comprehensum esset, quomodo liber Jobi simili forsas de causâ hunc gerit titulum; vid. *Coccej. Psalm. LXXXIX, 1.*

*Ezrachitæ:* patriam hæc vox prophetæ exprimit, sicut etiam *i. Reg. IV, 31.* & *Psalm. LXXXIX, 1.* quanquam non constet, ubinam locorum fuerit sita. (*Schnepff.* ego & interpretes judicamus esse patriam ejus: ita & *Beza, Cajetan. Höen, &c.*) Alias *אַנְגָּרִים indigenam* denotat, qui opponitur peregrino, *Lev. XVI, 29. &c. Drus. l. 2. qu. 8. post Genebr. hic & Psalm. LXXXIX, 1.* opinatur, esse hoc nomen parentis, ita ut non fuerit nepos Samuelis, sed ex Serachō oriundus, qui fuit filius Judæ ex Thamar, *Gen. XXXVIII, 30. XLVI, 12. l. Paral. IV, 6. &c.* Verum collatio loci *i. Paral. VI, 33.* nec non chronologia omnino facit pro genere, Hemanis Samueliticō, quippe illi Serachitæ, quorum fit mentio *i. Paral. II, 6.* fuere pronepotes Patriarchæ Judæ, adeoque diu ante hujus nostri Hemanis tempora defuncti &c. De Samuelis nepote etiam *Bellar. Gesner. R. Josua apud Muisium, Coccejus, &c.*

#### EXPLICATIO VERSUS II.

*שׁוֹעֵת salutis meæ DEus:* videlicet qui omnem in adversis mihi solus atque semper tulit opem, qui ex angustiis unus eripuit, inque tumultu rursus transtulit quietem: vide *Psalm. XVIII, 47. XXV, 5. XXVII, 9.* ubi sensu simili dicitur: *אֱלֹהֶיךָ יְשֻׁעָה sic Psal. LXV, 6. LXXIX, 9. LXXXV, 5. אלֹהֶיךָ יְשֻׁעָה.*

*יּוֹם die:* i.e. neque noctu neque interdiu concessa mihi fuit respiratio, quin jugiter potius ejulandum mihi fuit ob ingentes adeo continuo que augescentes afflictiones. Ellipsis præfixi [*ב*] quod alias præmitti solet, ut constat ex *Psal. XX, 2. 10. XXVII, 5. L. 15.* (invoca me *בְּיּוֹם* in die angustiæ) Confer *Psalm. XXII, 3.* *clamo per diem, sed non responde;* & *per noctem absque ulla intermissione.*

*צַקְרָה clamavi atque adhuc clamo:* nimirum actus præsens effertur per præteritum, eò quod præterita illa actio continuetur adhuc usque, gramm. p. 26. *Clamore* autem hōc partim dolorurgens, partim opitulationis ardens designatur desiderium; non enim clamamus voce adeo sonorâ ac elatâ, nisi necessitas premat insignis, & è diverso ubi ingens obruit necessitas, ibi non submissè lenteque ingemiscimus, aut obscurè quid demurmuramus, sed ejulatu stentoreisque vocibus, cordis egerimus dolorem, ut alii audiunt, percellantur, citoque succurrant. Vide *Psal. XXXIV, 18. צַקְרָה vociferantur (justi) & Dominus exaudit: & Psalm. LXXVII, 2. vox mea ad Deum, וְאַצְקָרָה & vociferor.*

A *coram te!* scil. clamor meus, vel potius; *בְּנִי* ego clamans: h. e. nunquam non tuæ aures sanctissimæ meis turbantur singulis, semper in conspectu tuō meas profundo precies, &c. Campensis: *neque nocte latebit te vocifratio mea.* Sic *Psalm. XXXVIII, 10.* Domine *נָגָרְךָ coram te* omne meum desiderium: *Psal. LXIX, 20.* *נָגָרְךָ coram te* omnes mei adversarii. Monet nos hoc, non ex impatientiâ ac temere profusa à Psalte querulas fuisse voces, solum ut egeretur dolor, verum *coram DEO,* in verô ejus timore atque fide, gesta esse hæc omnia, nihil dictum, quod cum sanctâ Dei omnipräsentia non conveneret, &c.

#### EXPLICATIO VERSUS III.

B *תְּבוּנָה veniat in conspectum tuum:* i.e. ò utinam admittatur tandem supplex mea flebilisque deprecatio, & quidem coram vultu tuō benigno & exaudiente, ita ut auditionem sequatur exauditio: Petita hæc videtur phrasis à more aulicō, ubi supplicationes vel ab aulicis invidentibus suppressimuntur, vel negliguntur, ita ut ne semel in conspectum veniant principis aut regis; vel ubi rex etiam ob occupationes alias hujusmodi schedas non inspicit, &c. Confer *Psalm. XIX, 15.* sint ad beneplacitum verba oris mei, & meditatio cordis mei sit *לְפָנֶיךָ Psalm. LXXIX, 11.* veniant in conspectum tuum gemitus vineti.

*חַטָּאת inclina aurem:* eadem, quæ modo, anthrop. sicut & supra *Psalm. XXXI, 3. LXXI, 2. & LXXXVI, 1.*

C *לְרָנָתִי ad clamorem:* vel ejulatum meum: vide *Psalm. XVII, 1. LXI, 2.*

#### EXPLICATIO VERSUS IV.

*שְׁבָעָה saturata est:* i.e. undiquaque expleta, ita ut nihil omnino miseriarum amplius desit, nihilque ingeri vel addi queat ulterius; quomodo proprietas satiatum dicitur animal, cui nihil amplius deest cibi: sic satiari dicuntur afflicti amaritudinibus, *Job. IX, 18. Tren. III, 15. ignominia, Habac. II, 16. opprobriō, Job. X, 15. Tren. III, 30.* pauperie, *Prov. XXVIII, 19. contemtu, Psal. CXXIII, 3. 4.* Idem continetur in verbis Christi *Mattb. XXVI, 37. περιλυπός ἐστιν οὐκέτι μη ἔως θανάτου.*

*ברעוש malis:* i.e. ærumnis omnis generis, tam corporalibus quam spiritualibus, tam privatis quam positivis. (*ב*) inservit verbo, uti constat ex *Ezechiel. XVI, 29.* quanquam alibi communiter id omittatur. Luth olim: voll Betrübnis, postea: voll Jammers. Campens. *ad saturatum enim & nauseam usque plena est molestissimorum cruciaturum anima mea.*

*נְפָשָׁה anima mea:* i.e. ipse ego (per synecd.) ita quidem, ut principaliter anima mea hos persentiscat dolores ac tormenta, etiamsi in corpore aut membris exterioribus nil adeo conspiciatur adversi.

*וְאַיִלְיָה & vita mea pertingit vel appropinquat inferno:* i.e. in eō jam est, ut vitam cum morte commutem, ut vitâ tam naturæ, quam gratiæ gloriæque priver: inter me ac mortem exilis plane est distantia. Sic de lethaliter ægrotantibus *Psal. CVII, 18. וְאַיִלְיָה pertingunt usque ad portas mortis.* Sic Latini: *pedem alterum babere in sepulchro, in Cyrra Charybdis.*

לְשָׁוֹל

inferno:  
seruum infernales  
tum atque cru  
sum sensum, Sa  
ad VI, 16. De mo  
egyptus est xger, Pi  
relinques anima  
contescant ( in  
XX, 11. sicut oves  
libet eos, &c.

EXPLICA

re-com-  
i inimicis meis , t  
tum spectatorib  
tus esse censem, ce  
ma. Muisum, viso d  
terrandum me se  
accipiamus, no  
eratus fuerit, t  
III, 4.

descendent  
num classi jamja  
ai solent descend  
III, 1. confer P  
que sicut illis ter  
et amplius, nisi c  
ita ut Psaltes q  
i hereditum sibi v  
ido patrum. Eue  
tudines lacus dic  
Dorsch. theol. Za

absque  
mis, debilis cun  
mo, tum interne  
deficiuti. Non  
non occurrit al  
ordantie adscripti  
ali sit *אַנְ*) c  
torius, potestas;  
bez, Gen. XXX  
n&c: Elliptica  
inflas viri, i  
hujusmodi re  
tam recto, qu  
Psal. IV, 8. V.  
VIII, 6. &c.

EXPLICAT  
inter n  
ex versu præ  
fexum *(ב)* c  
XXXV, 16. L  
g. &c.

liber:) vo  
levis manumis  
lebant domiciliō v  
ripunt arbitrio; u  
lervus manumit  
Deus, XV, 12. dim  
13. 18. ibid. & Job.  
self *בְּנִי* à dom  
sum Psaltes hic su  
alibi, quam inter  
andamque esse; qu  
atione desperave  
vel quiete jam  
poli relictus; L